si hic promiserit non solum religionem,  
sed & in ea perseverantiam. Cum enim an-  
te professionem similiter non tenetur ad  
castitatem, si consummet matrimonium,  
poterit deinceps petere, & reddere, vt be-  
ne docent Caet. Armilla hic citati. Sotus  
lib. 7. de iust. q. 2. art. 1. ad. 3. vers. ex hac  
autem definitione. Philiarcus eo. c. 20. §.  
idem etiam dubium est, in fine. Idemque  
afflendum est, si promiserit se ad ordi-  
nes sacros promouendam, nam inito, &  
consummato iam matrimonio potest pete-  
re, & reddere. Quia similiter non tenetur ad  
castitatem, donec promotus sit. Ita An-  
gles, & Manuel. Petrus de Ledesma proxime  
citati.

16 Tertia conclusio. Defuncto altero eōiu-  
ge tenetur qui religionē vocaret, illam  
ingredi. Quare minus bene Abul. c. 27. in  
Leuit. q. 6. dixit extinguit voti huius obliga-  
tionē consummato matrimonio, & proin-  
de eo morte alterius solute, posse vovere  
ad alias trāire nuptias. Sed id in simili vo-  
to castitatis impugnauit, nu. 11. & ratio est.  
Quia cum iam impedimentum cessari, po-  
test hic implere suum votū: ergo tenetur.  
Non enim est cur omnino illius obligatio  
cesser, sed tantum suspensa est. Atque ita  
docent Sotus. 4.d. 38.q. 2. art. 1. in fine  
corporis. Caet. Pedraza, Nauarrus, Arago-  
còrollario. 3. Vivaldus. n. præcedenti alle-  
gati. Margarita confessorum. 6. præcepto,

fol. 89. Antonius Cucus lib. 5. instit. maio-  
rum, tit. 12. n. 18. Barthol. à Ledes. dubio  
32. de matrimonio, fin. Manuel. 1. tomo  
summa. 2. edition. c. 24. nu. 3. Grafis. 1.  
p. decif. lib. 2. c. 24. nu. 21. Atq; idem dicēt  
omnes Doctores allegati. n. 11. id ipsum de  
voto castitatis afflētes, nimis, nō extin-  
gui, sed altero cōsuge mortuo, esse plenē  
obseruandum. Et similiter eadē ratione si  
fuerat votum sacerdotij aſumēdi, tenebi-  
tur ad ifsum, vbi impedimentum mor-  
te alterius coniugis cessari.

Idem dicendum est existente iusta cau-  
ſa diuortij ob alterius coniugis adulteriū,  
cum ipse vovens sit innocens: tenebitur  
enim tunc votum religionis implere. Cū  
iam cessarū impedimentum, potest enim  
tunc ad religionē traſire. Ita videat clā-  
rē sentire Caet. summa, verb. matrimonii  
cap. vltim. §. & bene nota, vbi at hunc te-  
neri ingredi, quandoquā, in sua fuerit po-  
testate: & licet addat, scilicet mortuo alte-  
ro coniuge: est gratia exempli, quod do-  
ctrinam minimē arat. l. 1. §. quod vulgo.  
ff. de vi. & vi armata, & teneri exp̄ess̄e Pe-  
trus de Ledesma de matrim. q. 53. art. 1.  
in dubio quod mouet post. 2. dubium  
principale, in notabili circa. 4. conclusio-  
nem: vbi addit similiter tunc teneri ad sa-  
cros ordines, si votum de eis aſumendis  
fuerat. Quod verū est, at non ita certū,  
sicut de religione. Quia transitus ad reli-  
gionem est tunc permīsus secundum om-  
nes ad ordines verò facios extra religio-  
nem, num tranſire tunc liceat, est sub iudi-  
ce. Insuper probatur, quia tunc coniux in-  
nocens tenetur plenē feruare castitatem  
abſtinentio, etiam à redditione debiti, si  
votum castitatis emiserat. Vt probauit hoc  
lib. 9. disip. 6. numer. 14. vbi egi quid  
dicendum, si tunc coniuges reconcilien-  
tur. Quod non reperio, quia idem pro-  
fus dicendum est in hoc casu, quando vo-  
tum erat religionis. Sed robagis, quid sen-  
tendum sit, quando coniux qui religio-  
nem vovet, est adulter: quia propter in-  
nocens celebrat diuortium? Dicendum est  
casu quo tunc sibi liceat ad religionē, vel  
ordinis traſire (de quo in suo loco) tene-  
ri votū quod emiserat, implere. Quia iam  
caret impedimentum.

Dubitabis tandem, num inducens habi-  
tum monachalem animo perseverandi in  
religione, si posset voluntate mutata,  
matrimonium incat, posset petere, ac red-  
dere debitem? Dubitandi ansam præbent

tres: textus, qui eam esse professionem vi-  
dentur decidere nempe. c. consuli, de re-  
gulari. ibi. Si is qui monachrium ingressus est,  
habitum sumendo nouit, proposuerit absolute  
ritam murare, debeat ut regulariter vivat, ad  
laixem saltē regulam pertransire. Quem  
textuū sic transcribit. l. 7. cit. 7. par. 1. si o-  
no volat de noviū mas in eſt filio, non pue  
de despue tener al filio, mas bi pue entrar  
en ora orden. Idem habetur cap. super eo,  
de regulari. vbi exp̄ess̄e. deciditur illud  
propolitum vim voti habere. Idem. c. be-  
neficium, o. cit. in 6. vbi definitur noui-  
tium minimē priuandum: esse beneficio,  
nisi consideriter de voluntate: absoluta vitā  
mutandi, aut professionem fecerit exp̄ef-  
sam, seu scienter habitum receperit pro-  
fessorum, vbi talis mutandi vitam intérō  
aquiparatur professioni, imo reputatur ve-  
ra professio, siquidem iam priuatur noui-  
tius beneficio. Quia propter Doctores illi-  
ris Pontificis communiter tradunt eam ef-  
fe professionem, ac proinde matrimonii  
postes contradictum esse irritum. Ita Gof-  
freduſ summa, cit. de regularibus. n. 12. In-  
noc. d. c. consuli, statim in principio. Ho-  
ftien. ibi. paulo post principiū, super versi  
absolutē. Ioan. n. 3. Anton. n. 8. fin.  
Anchar. n. 7. Henric. c. statuimus, nu. 9. de  
regularibus. Alij autem id esse votū sim-  
plex affirmat: ac proinde illi minimē per-  
mitti manere in seculo. Ita Abb. c. consul-  
ti. n. 3. de regulari. & ibi Cardin. pol. q. 4.  
oppositione. 1. fin. Palud. 4.d. 38. q. 1. art.  
1. concluſ. num. 11. D. Anton. 2.p. tit. 1.  
c. 2. initio, notabili. 2. & 3. p. tit. 16. c. 2. §.  
4. dupliciti columnā fin. versi. querit au-  
tem. Tabienu vorum. 1. q. 3. q. 4. Addit. D.  
Anton. huic si matrimonium post incat,  
debiti petitione interdicti.

19 Ceterum dicendum est nulla ratione ef-  
fe votum, ac proinde liberum esse ei noui-  
tio religionem deferent, matrimonii ini-  
re, eoq; vti. Probatur ex c. literaturam, de  
voto, vbi habetur proponentem in animo  
religionis ingressum, minimē ad eum tene-  
ri, & ex c. qui post votum, codem, tit. in  
6. vbi copulatiū petuit ut sit professio,  
quando votū simplici altrius religionem  
ingredietur, ut profiteatur in ipsa. Non er-  
go solus ingressus sufficit. Praterea, quia  
de ratione voti est promissio, ut docet e-  
gregi. D. Thom. 2.2. q. 88. art. 1. corpo-  
ris, unde textus omnes, nu. præcedentiad-  
duci explicantur à Doctribus statim al-  
legandis, ut per intentionem perleuerādi-

intelligatur ea intentio votō firmata. Vo-  
tum enim est propositū promissione fir-  
matū, & tunc erit votum simplex, vt bene  
docet Syl. religio. 5. q. 8. fin. Priuatur autē  
beneficio. c. beneficiū, de regulari. in 6. vt  
optimē docet idem Syl. proximē citatus:  
& ipsum sequens Aragon. 2.2. q. 88. ar. 1.  
fine, quia iam non poterat ad seculum re-  
dire. Vel secundō possunt expōni cū Syl.  
verb. debitum. q. 9. vt nomine intentionis  
perleuerandi, intelligatur animus proficē-  
di in ipso ingressu, & ideō id propositum  
cū habitu iufceptione nullam voti obli-  
gationem inducere, docent Abb. c. litera-  
turam. n. 2. fin. de voto Angel. votum. 1. n.  
7. Syl. dupliciti loco proximē citato, &  
votum. 1. q. 2. Rofel. votum. 1. n. 1. Cist. 2.2.  
q. 88. art. 1. dubio penult. & opusculis, to-  
mo. 1. traſ. 31. septemdecim responsionū  
responsion. 7. Sol. lib. 7. de iust. q. 1. art. 2.  
verbi his tamen non oblatibus. Supplēm.  
Gabriel. 4.d. 38. q. 1. art. 1. verbi dicitur pro-  
missio. Nau. sum. c. 12. nu. 25. Coqua. de pa-  
tē. 1. p. 9. 3. n. 12. ad medium. Angles flo-  
ribus. 2. p. q. de voto, ar. 1. difficulta. 5. Ara-  
gon. 2.2. q. 88. art. 1. dubio vltim. Palaeios  
4.d. 38. disip. 1. fol. 814. column. 2. & sequē-  
ti. Valencia. 2.2. disput. 6. q. 6. de voto, pū-  
& o. 1. ad finem, in solutione ad. 2. Toledo  
lib. 4. summa. c. 17. Grafis. 1.p. decision.  
lib. 2. c. 2.1. nu. 15. Manuel. 2. tomo summa  
c. 92. fine. Philiarcus de officio sacerdotis,  
tomo. 1. p. 2. lib. 3. c. 17. paulo post prin-  
cipium. Ludovicus Lopez. 1. p. instru. c. 43.  
§. propōlitū religionis. Quamobrem licet  
intentioni illa perleuerandi effici votō firma-  
ta, cū non effici votū castitatis, sed votum  
simplex religionis, non priuare coniugē  
debiti petitione, nisi sola prima vice, iuxta  
data dicta. n. 14. & 15. Quare non sibi constat  
D. Antoninus. n. præcedenti allegatis, dū  
fatur id esse votum simplex, ac priuare  
debiti petitione.

Ad argumentum. n. 13. propositum respo-  
detur. Ad primū dic nō esse incūmēs ut  
per accidēs ratione impotēs subsequē-  
tis, culpa aliquādo suffragetur. Ut si debi-  
tor eris alieni prodigat proprias facultates  
suffigētū obligatio solūdi ex impotē-  
tia, quāuis ex culpa proueniet. Sic ergo ob-  
ligatio voti religionis suffigēt matrimonio  
nisi femel iniquē consummato. Quia imple-  
ri nequit. Ad secundū negādu est antece-  
dēs. Quoniam id quod essentialiter sub obie-  
& voti clauditū immediae, cadit sub  
voto: vt unica cometis sub votū ieiunij.

Secus quod mediare, & supposito statu assumentor non enim obligat ante statum assumptum. Ad cōfir. dic teneri statim ad id quod inde sequitur immediate: Non autem ad id quod mediante alio, quod nondum existit. Ad tertium dic antecedens esse verum, quando vounes totum, vouet formaliter partem: ut contingit in ieiunio, & elemosyna. At vounes statum non promittit formaliter leges illius, sed secunda rō, & sub conditione, si prius in eo statu constitutur.

## SUMMARIUM:

**A**n matrimonium iniens contra votum abstinenti ab illo, posse petere, & reddere. Refertur quedam opinio, n. 21. Potest semel eo consummato petere, & reddere, n. 22. & ibi remissus, ac peccet prima vice consummatus. Teneatur mortua vxore, ab alijs nuptijs abstine re, n. 23. Solutio argumenta, n. 24.

**Q**uestio tertia, an votum habens non iniendo matrimonij, teneatur eo initio abstineri à debiti petitione? Affirmant aliqui. Dūcitur, quia vounes abstinenti à matrimonio iniendo, confertur cōsequenter vounre abstinenti ab illius vnu, qui matrimoniu m̄ consequitur. Et confirmatur. Quia cū negatio sit eius natura, ut quid post se inuenit, destruit: ut regula logica habet, plus auctor, quam affirmatio ponit. Quare hēc promittēs matrimonij, non subinde auctum promittat, potest enim illud sine actu esse: at negans matrimonij, negat actum, ut pote qui extram matrimoniu m̄ esse non potest. Ergo vounes se non initerum matrimonij, vounet se ab actu illius abstentur, & cōsequenter eo initio tenebitur ex vi voti abstineri in quantum potest, nempe, à petitione. Ita sentiuntur Palud. 4. d. 38. q. 3. ar. 5. n. 4. & ibi Supplemen. Gabriel. qn. ar. 4. litera Q. Vers. dicendum quod votum, & ibi Palacios disp. 1. fol. 84. 4. col. 2. vers. porro vt res hæc. Nauar. summa latina. c. 16. n. 3. q. Atq. siudē sentiūtē est Caet. opusculis, tom. 2. tract. 11. de voto. q. 3. vbi ait hoc votum aequum lere voto castitatis, negareq; perinde ac il lud, omnem vxoriū concubitu.

Ar longè probabilius est licere sic vounenti, vbi semel iam matrimonij confum

mauit, reddere, & petere (dixi, semel matrimonio consummato: nam disp. sequenti. n. 7. dicam num peccet prima vice consummatio.) Probatur, Quia votū hoc rātum haber pro objecto non inire matrimonium, & si obligari ad abstinentiam ab actu matrimonij, nō est per se, & primariō, sed mediante, & supposita abstinentia ab ipso matrimonio inendo, quā fuit primaria, & immediata voti materia. Ergo quando iam primaria materia non est possibilis, quia initium est matrimonium, non obligabit ad secundariam, nempe ad abstinentiā ab vnu. Ita docent D. Anton. 2. p. tit. c. 2. §. 1. Bartholomaeus à Ledesma, dub. 32. de matrimonij fine. Petrus de Ledesma de matri. q. 53. art. 1. i. dubiolo, quod post. 2. dubiū principale mouet, in notabili post. 4. conclus. fol. 360. Ludovic. Lopez. 2. p. instruct. de matrimonij. c. 46. circa. 2. impedi. voti simplicis, &c. i. p. c. 83. q. inter peccata. Emmanuel Saum. verb. debiti coniugale, vers. contrahens matrimonij. Vega. 2. tomo summa. c. 129. c. 76. & colligitur clarē ex alijs docentibus hunc non conferi vounre continentiam. Hī sunt Rosel. verb. impedimentum, impedimento. 4. numero. 13. Angelus votum. 4. numer. 9. Sylvestri. votum. 4. questione. 4. fine. Sotus libr. 7. de iust. question. 2. artic. 1. ad. 3. vers. quod si hic. Nauar. summa capit. 12. numero. 43. versic. 1. Manuel. bulla cruciata. q. 9. numer. 32. & 2. tomo lumina capit. 96. numer. 2. Qui bene hoc intelligit cum Ludo uico Lopez. d. cap. 83. q. at ista sententia, & Vega. d. cap. 76. nisi ita vounes voluerit se expressa intentione obligare ad omnīmodam castitatem.

Tenetur tamen hīc mortuō altero coniuge ab alijs nuptijs abstinere. Quia votū non era extinctum, sed suspensum durante matrimonij impedimento, ut diximus de voto castitatis, numero. 11. & de voto religionis, n. 16. Sic Bartholomeus à Ledesma, & Petrus à Ledesma, n. 23. precedentē allegati.

Ad argumentum numero. 21. prōpositum constat ex diuis. numero. 22. cōfertur enim vounre abstinentiam ab actu, secundariō, & cōsequenter, & subfistentia primaria voti materia, videlicet abstinentia à nuptijs: secus vbi hēc iam non est possibilis. Ad confirmationem dic eodem modo, nempe, vounre secundariō, & dum subsistit primaria

## DISPUTAT. TRIGESIMAQUARTA.

Vtrū qui post votum castitatis, religionis, assumenti ordinis sacri, abstinenti à nuptijs, ad illas transit, peccet prima vice consummatio: ac proinde ante consummationem teneatur religionem ingredi. Quòd hēc vota obseruet?

## SUMMARIUM.

**S**i sit votum religionis, peccat prima vice consummatio, n. 1.

**S**i sit castitatis votum, refertur opinio aſſrens peccare, n. 2.

Non peccat prima vice reddendo, nec teneri religionem ingredi, n. 3. & ibi remissio, quid si matrimonium initium est animo ingrediendi religionem?

**I**dem dicendum est, si votum castitatis emitatur post matrimonium ratum, n. 4.

An peccat hic reddens prima vice priori bimessi à matrimonio initio, aut si adst̄ iusta diuinitati causa ratione adulterij? remissio, n. 5.

**I**dem afferendum est, si votum sit assumenti ordinis sacri, n. 6. vbi an peccet vounre consummatio ad suā petitionem, vel priori bimessi, vel post alterius adulterium?

**S**imiliter est cōfendūm de voto abstinenti à nuptijs, n. 7.

**Q**uid, vbi votum castitatis post sola sponsalia emisum est? Remissio, n. 8.

**S**olutio argumenta, n. 9.

**C**onstat si votū religionis sit peccare mortaliter vounent, dum consummat prima vice matrimonium, sive petendo, sive reddendo. Quod probavit disp. precedēt.

De voto autem castitatis, duplex est sententia, prima & satris probabilis affirmit peccare mortaliter eo voto aſſrictū, dū prima vice cōsummat matrimonij, sive petendo, sive reddendo. Quare dū nō adefit impletū di facultas, quia alter coniux non vult cedere iure petendo, ut ambo in seculo castē vivant, generi ingredi religionem, quō votū illud obseruet. Probatur primo. Quia ante cōsummationem petet votū illud castitatis implere, ingrediendo religionē; quā potestatem sibi admittit consummatio, ergo peccat. Secundo, quia votū castitatis in ordine ad matrimonium est fortius religiosi voto: cū illud debiti petitione semper prius, hoc autem minime. Si ergo

religionis voto aſſrictus peccat prima vice reddendo, à fortiori ligatus castitatis voto. Tertiō, quia aperte videntes se non posse votū castitatis, quod emisit, absq; summo periculo in seculo obseruare, tenetur ingredi religionem: id autem contingit in p̄f. item. Et cōfirmatur, quia ex oppōſito lequeretur posse quempiā culpe immūnem, post castitatis votū inire matrimonij, illud cōsummare. Ut si ad vitanda graui inconvenientia illud inire animi ingrediendi religionem. Quartō probatur faltem id castitatis votū emisum post matrimonij ratū, obligare ad religionem. Quia se obligat formaliter ad aliquid, quod si in alio fieri nequit, obligat se virtute, & cōsequenter ad illud. Ut qui sciens ad ordinē opus esse scientia, voulē se ad sacerdotiū promouendū, obligatur ex vi voti addiscere. Sed castitas seruari nequit à cōiugato, nisi ingrediatur religionem ante matrimonij consummationem. Ergo obligans se formaliter ad castitatem post matrimonium ratum, se consequenter, & virute obligat ad religionis ingressum. Hāc sententiam tuentur ex Theologis, Alen. 2. par. q. 17. membro. 3. §. 1. in solut. ad. i. in fine. D. Thom. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. quā questione. 2. ad. 3. & ibi Scotus, q. vnic. ad finem, verf. cōsimiliter si de peccato. Ricard. art. 7. q. 1. ad. 2. Palud. q. 3. ar. 3. cōcluſ. 4. fin. & concluſ. 1. à nū. 36. vlc. ad. 40. Durandus, 4. d. 15. q. 1. 1. in solutione ad. 3. nū. 12. Maier. 4. d. 32. q. 2. argum. 2. contra. 2. concl. vbi Supplementum Gabrieles. q. vnic. ar. 1. notabili. 5. & d. 38. q. 1. ar. 4. post 2. conel. verf. dicendum quod voto. Carthusianus. 4. d. 38. q. 2. vbi Bassolis. q. vnic. ar. 2. fin. Nicolaus de Orbellis. q. 1. 6. 13. Nicolaus de Nijsa super. 4. sententiarum. tract. 6. par. 3. de voto. D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 4. fine, & c. 16. q. 1. Adrianus. 4. q. 14. de matri. verf. 3. contingit. Caet. sum. verb. matrimonij. c. 1. §. & scito peccatum esse. Petrus de Soto lea. 5. de matri. §. vltim. Palacios. 4. d. 3. disp. 2. fol. 721. column. 1.

Pedraza summa. præcepto. 6. §. 9. Alexander in suo Enchiridion. 2. p. præcepto. 6. §. si post votum continetia. Nider in summa. præcepto. 6. c. 4. fin. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 1. i. de impedimento ordinis. art. 3. post. i. difficultatem. dubio. 2. Graffis. 1. p. decisionum. lib. 2. c. 24. nu. 25. Bartholomeus à Ledesma de matr. dub. 32. 9. fidem quod matrimonium: in 2. editione. mutans opinionem. quam in prima tenuerat. Toledo lib. 4. summa. c. 18. Azor lib. 11. institution moralium. c. 21. q. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. artic. 1. dub. 2. principali. concl. 3. Man. 1. tomo summa. 2. editione. c. 243. num. 1. Et ex Iurisperitis. Ioan. Andr. curius. n. 6. qui clerici. vel vou. vbi Henricus. nu. 4. Aftenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 16. ar. vnic. q. 4. Rosella verb. impedimentum. impedimento. 4. n. 10. Sylva. matrimonium. 7. q. 5. dico. 2. & 3. & matrimonium. 8. q. 15. dico. 7. Taberna matrimon. 2. §. 3. & verb. impedimentum. impedimento. 2. q. 3. nu. 4. Arm. verb. matrimonium. nu. 55. Nauar. summa latina. & hispana. c. 22. n. 73. & lati. n. 12. n. 80. hispana. c. 2. 8. addit. ad eundem. n. Couar. de pactis. 1. p. §. 6. n. 8. Turcet. c. nos nouimus. 17. q. 2. ar. 2. 10. Gaste. repetitione in. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 343. & 348. Stunica de voto quæst. 4. nu. 14.

Secunda sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) sit hunc non teneri religionem ingredi. ac proinde minimè delinquare matrimonium consummandum. reddendo debitum. Probatur ex extrauag. Ioannis. 2. 2. antiquæ cœcortatione. de voto. ibi. Ad ingressum huinsmodi sic ordinatum. si matrimonium consummatum nō fuerit. per dicens sanum instanti moneri precipimus. & induci. Quod si renuerit. sifam si sponsa eius insisterit. per censuram ecclesiasticam compellendam decernimus. contrahit matrimonium consummare. Vbi glossa. verb. renuerit. ait Pontificem expresse supponere. licere illi renuerere. Quia alias non eius voluntati id relinqueretur. sed potius compelleretur. Si ergo promotus coniux ad ordinem fierum post matrimonium ratum. cum possit castitatem in eo promissam obseruare ingrediens religionem. ad id non tenetur. vt constat ex illa extravaganti. à fortiori non tenebitur qui ante matrimonium voverat castitatem. Et confirmatur. quia ille est compellendus reddere debitum per ecclesiasticam censuram post bimestre iure con-

cessum ut ibi deciditur. Ergo non peccat reddens. sed potius negans debitum peccaret. Secundo. quia quando quis obligatur ad aliquam rem. non tenetur adhibere omnia media possibilia simpliciter. sed que sunt moraliter talia: & id maxime verum est. quando illa obligatio ex spontanea voluntate proficietur. Tum. quia liberaliter oblata sunt benignè exigenda. c. ex parte. de censibus. Tum etiam. quia vi-sus est eam obligationem sibi sponte imponens. velle se ad sola medie bono modo possibili obligare. At medium ingrediendi religionem est difficillimum. & lige excedens id: quod vounens promiserat. ergo non tenetur ad illud. Tertio. quia ne mo tenetur rem inferioris ordinis compere fare cum re superioris onerosissima. ut qui debet pecuniam. quam absq; vite. aut fame. detimento restituere nequit. excusat. At talis est religio respectu continenter promissa. Et confirmatur. quia debes centu. quia soluendo non est. nisi se in seruum vendat. ad id minimè tenetur. At religio est perpetua quædam seruitus. Nec tenetur ea soluere cum notabiliter maiori propriæ rei familiaris iactura. nedium eum totius. At profiteantur religione. & libertatem. & omnia propria bona amittit. Non ergo cum tanta iactura tenerum votum castitatis seruare. Dicunt ad hac aduersari. obligatum ex iniusta acceptione. teneri cum maiori iactura persoltere: matrimonium autem iniuste contra votum est initum. Secundo dicunt professionem religionis non esse iacturam. sed summu Dei beneficium. Tertio autem ingredi religionem esse optimum medium ad seruandam castitatem: at se in seruum venundare. vitamine periculo exponere. esse incepum. nec per se ordinatum medium ad restituendum. Sed hoc parum valent. Quia enim religio fit Dei dominum. id est sponte eligiti. Nec est negandum illam esse grauissimum onus. & tale ut nemo sit illud subire compellendus. nisi se expressè obligari. Rursum. licet obligatio ex iniusta acceptio non sit virginitas. at solum obligat ad restituendum cum iactura rerum eiusdem ordinis. & vbi non esset maxima improportione. Nemo enim decem farto abla restituere tenetur cum iactura centum. At ingredi religionem non est medium per se ordinatum ad seruandam castitatem. & licet sit optimum. non tamen necessarium: atq; tanta improportionem habet. sicut se in manci-

plum

pium vendere. ut pecunia inde conflata iatishat creditoribus. Tandem. quia nisi status religiosus (ponte suscipiat. diffisiles solet habere exitus. Atq; id est huius sententie sunt. ex Theologis. Sotis. 4. d. 38. q. 2. ar. 1. p. 2. c. ocl. vers. quid autem remedijs: & vers. aliud verò ex supradictis. Quandus ibi. q. vnic. propositione. 6. Veracruz appendice ad art. 15. i. par. Speculi. Corduba summa. q. 136. pun. & o. 2. Ludovicus Lopez. 2. p. instruadri. de matrim. c. 46. circa. 2. impeditum voti simplicis. & t. par. c. 50. §. & quidem si censorem: & ad finem. & e. 83. §. inter peccata. Enriq. lib. 12. de matrim. c. 2. n. 8. Philarcus de officio sacerdotis. tomo. 1. p. 2. lib. 3. c. 19. ad fin. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium. c. de impedimentis dirimentiibus. vbi de impedimento voti. vers. contrahendum post votum. Vega. 2. tomo summa. c. 129. c. 118. pun. & o. 2. & dict. esse probabilitissim Petrus de Ledesma de matr. q. 55. ar. 6. dubio. 4. §. & probatur haec conclusio. Et ex Iurisperitis. Prepositus. e. rur. fus. au. 6. initio. qui clerici. vel vou. Ang. matrimonium. 3. impedimento. 5. num. 2. Perez lib. 5. ordit. i. 1. i. dubitatur vte-rius quis votum castitatem. simili se ad religionem obligari. iam exprefse vtrumq; amat ut vti voti obiectum: mabebit ergo ad vtrumq; obligatus. sicut qui existimaret esse votum. dicere sic. faciam hoc: teneretur vtiq; ex vi voti. Quia iam ea verba proferens. obligationem voti iam plectit. ad quam forma verborum non est necessaria: potest quippe solamente fieri. Factor me argumento conuinci. Et id est si distinguendum est. si tempore quo castitatem illam vout. atq; meminit. se ad religionem obligari. tenebitur vtiq;. Quia revera id est vouchre vtrumq;. Si vero non meminit. quamus eam opinionem. seu conscientiam habitualem haberet. non tenetur ad religionem. Quia votum ad id non obligat suæ naturæ. nec vounis intentio furtu ad religionem se obligare. sed illud simpliciter absq; alia intentione emit. Quid autem dicendum sit de eo. qui post votum castitatis ad nuptias transiit. animo non consummandi. sed ingrediendi religionem. Dixi lib. 1. disp. 43. n. 9.

Rogabis. quid si voto castitatis atriutus reddas debitum priori bimestri ante matrimonij consummationem vel existente iusta diuinitati causa ob alterius adulterium. an peccet? Dixi hoc lib. 10. disp. 6. num. 14. & sequenti.

Secundò deducitur. eum qui voto affundi ordines sacros astrictrus. vxorem duxit. non teneri religionem ingredi. ut votum obserueret. Constat ex eisdem rationibus. quibus id probavit de voto castitatis. nu. 3. & id tenet Manuel Saibi citatus: & tenebunt consequenter alii ibi citari.

Quia

Quia eadem est ratio: imo magis ad id videtur obligare votum castitatis. Quamuis Doctores prioris sententie allegati. n. 2. dicant oppositum, & ita Manuel Rodriguez. r. tomo summae. 2. editione. c. 242. n. 3. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 53. a. 1. dubio. 2. principali. 6. 2. sequitur ex dicta conclusione, authores illius sententie, docent similiiter hunc peccare primavice consummando, & teneri ingredi religionem. Idemque dico, quamvis ille peccet consummando ad sui petitionem. Quia tenetur non petere, & similiiter reddendo priori bimestri anno matrimonij consummationem, ut dixi p. 6. n. 14. & sequenti, non quis admisit sibi potestim implen di votum per ingressum religionis; ad eum enim non tenetur: sed quia in tantum excusatur reddendo, in quantum ad id tenetur lega matrimonii: & priori illō bimestri non tenetur. At astrictus voto assumendi ordinem sacram non peccat etiam consummando ad sui petitionem, & priori illo bimestri. Quia id votum non obligat ad castitatem, & sic vbi seruari iam nequit, ut contingit post matrimonium ratum, ad nihil obligat durante eo impedimentoo, ut dixi disput. precedenti. n. 15. utrum vero exstante iusta diuorti causa ob alterius adulterium, tenetur coniux innocens ad ordines promoueri, quos vocerat: at ita petere, siue petendo, siue reddendo: quia censetur remittere iniuriam, & iam non poterit votum implore: dixi disp. precedenti. n. 17. tenori implore votum, & subinde nec petere, nec reddere. Ne impediat iniuria remissa, quo minus votū impleat.

7

Similiter iudicandum est de eo qui post votum abstinentia nuptijs, ad illas transierit, non enim tenetur religionem eligere matrimonio nondum consummato, quo votum impleat, ac proinde nullius culpe reus erit matrimonium consummans. Si quidem multo minus votō castitatis obligat. Atq; ita tenentur dicere omnes Do-

tores citati. n. 3. id docentes in voto castitatis. Et in terminis docet Ludovicus Lopez. 1. par. instrucl. c. 83. §. inter peccata. Quanvis contrarium dicent allegati, n. 2. sicut in voto castitatis afferunt. Quia hoc votum perinde a illud, non potest tunc impleri, nisi religionem ingrediendo. Et idem dicendum est, si hoc votum emitatur post matrimonium ratum. Sic dixi, num. 4. de voto castitatis tunc emissio. Nec peccat prima vice consummans ad cui petitionem: nec intra votū bimestre à matrimonio inito: nec si ad sit iusta diuorti causa ob adulterium alterius. Quia hoc votū non interdic debiti petitionem, ut dixi disp. praecedenti, num. 22. Nec impleri iam modo potest, dum alter cōiux superest est: nisi ingrediendo religionem, ante consummationem, vel facta diuortio: ad quem ingressum non tenetur.

Quid autem sentiendum sit de voto castitatis post sponsalia emissio? Dixi lib. 1. rot. 46.

Ad argumenta n. 2. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis, num. 3. non enim potest moraliter implere, & eo modo quo se obligauit. Ad secundum dic quantum ad aliquid esse strictius, nempe, quod priuandum debiti petitione: at esse minus strictum quod obligandum ad religionis ingressum. Ad tertium dic non posse occurrere cumentum, in quo ingressus religionis sit medium per se, & necessario ordinatum ad seruandam castitatem promissum, cum possit votum manens in seculo alijs medijs vti. Quod si adhuc prae fragilitate tentationibus succumbat, adebet medium petendere dispensationis. Ad confirm. est adiuvenda lequelain casu raro. Quia bona fides in contraria, à culpa liberat: & obligatio iustitiae excusat, quando reddit. Ad quartum constat ex dictis. n. 4. maior enim propositio vera est, de medijs per se ordinatis, atq; eiusdem ordinis, nec notabiliter re promissa difficultioribus. Quia non est religio ad seruandā castitatem, ut satis probauit,

numer. 3.

(.1.)

## DISPVT. TRIGESIMA QVINTA.

Vtrum votum simplex religionis, castitatis, suscipiendo sacros ordinates, non ineundi matrimonij, emissum à coniuge sine alterius licetitia, post matrimonium ratum, aut consummatum, validum, & licetum sit, & quatenus actui coniugali licet exercebendo obster?

## SUMMARIUM.

**Q**uotplex est queſtio disputanda. n. 1. Proponuntur argumenta probantia votū rei partim indiferentis, male, aut impossibilis: partim autem rei possibilis, & bona, ad nihil obligare. n. 2.

Non obligat hoc votū, quando utraq; pars promittitur per modum vnius, fecis quādō per modum plurium. Et quando vtile non vitetur per inutile. n. 3.

Quando res est individua confert per modū vnius promissa. Atq; ita obligat votum, aut ad totam, aut ad nullam partem, secus quādō est dividua. n. 4.

Quando superuenit impotentia integrē implēdi votum, ut ieiuniū quadragesimatis totius, aut totius vite, quando obligat ad partem? n. 5.

Endatur, c. quemadmodum. § finalis de iure. & qualiter non obligatus seruare integrē iuramentum, tenetur ad pertenit. 6.

Quando res est dividua, & pars bona, & possibilis apparet vi circūstantia alterius male, impossibilis, aut indiferentis, valē contra. Quid sentiendum? & quid de vidente se iurum fieri solam genibus flexis, nudum, aut serpentem in ore portando numer. 7.

Quid ubi est dubium, an materia sit promissa per modum vnius? n. 8.

Solutio arguentia, num. 9. Post illum inuenies alia summaria.

**D**isputatio hæc si exactè tractanda sit, est difficultis. Quia pauca de illa, & confuse reperio scripta. Et ad discernendum de valore voti castitatis post matrimonium emissi, necessarium est præmittere quando votum rei partim licet, & partim illicite obliget, & ideo ut clarius procedam, quadruplicē in hac disputatione agitabo questionem. Prima est, de valore voti, cuius pars est mala, impossibilis, aut indiferentis. Secunda de valore voti religionis, suscipiendo sacros, & non ineundi ma-

trimonium, post ipsum emissi. Tertia de valore voti castitatis, aut non petendi de bimeti. Quarta an esto id votū sit validū, licetem emittatur.

Quæstio prima. An votum cuius pars est indiferens, mala, aut impossibilis, altera aut pars, bona, & possibilis, obligat ad partem hanc, vel potius ad neutram? Et videtur ad neutram obligare. Quia cum bonum ex integrâ sit causa, malum autem ex singulare defecit, teste. D. Dionysio. 4. c. de diuinis nomin. Existente parte aliqua materia voti inepita, propter eius indifferenciam, malitiam, impossibilitatem, tota materia inepita erit, ac proinde votum inutiliter. Et confirmatur, quia communis Doctorum placitum habet votum nunquam peccandi, tanquam rei impossibilis ad nihil obligare. Cum tamen pars eius, ut aliqua peccata vitare, sit possibilis.

His tamen non obstantibus, sic distinguendum puto. Si votens per modum vnius promittat illud totum, volunt enim non aliter se obligare ad partem bonam, & possibilem, nisi dependenter à rei mala, indiferentis, aut impossibili obligatione, votum est profus irritum. Quia nequit obligatio voti exceedere intentionem votentis, que cum fuerit ita se ad utramque partem obligandi, vt obligatio vnius dependet ab obligatione alterius, non potest id votum alter obligare, sic autem obligat, estet iniquum, aut impossibile, aut non gratum Deo, cum sit partim rei male, impossibilis, aut indiferentis. Ergo erit irritum. Et confirmatur, quia tunc materia illa totalis voti, dicetur absolutè mala, & inepita materia. Ut clarè probat argumentum. n. 2. propositum. Si vero non promittat per modum vnius, quia, nimis, obligacionem partis bona, & possibilis vult independenter ab alia promittere: obligabit votum quodam solam partem bonam, & possibilem, reiecta alia tanquam inepita voti materia. Quoniam tunc est virtute duplex votum, & ita vnum ex nequitia alte-